LJS BIBLIOTHECA SCHOENBERGENSIS
47
SCHOENBERG DATABASE OF MANUSCRIPTS LJS

Thim

ad valentes ac simplices. Atq; hic maxime
retinendũ est illud quod si quo modo p
partissimas mutationes hinc aliquid
pmutaretur: teneris quidẗ minime sentiri
post uero magnam fuerre differentiã
et per aures ad animũ vsq; delabi. Ic
circo magnam reipublicæ custodiã esse
Plato arbitrabatur. Musicam optime
moratam prudenterq; coniunctam. Ita
ut sit modesta ac simplex & mascula:
nec effeminata, nec fera: nec uana. Qd
Lacedemonij maxima ope seruauerẽt.
Quum apud eos thaletas cretensis gor
tinius magno pretio asciti pueros di
scipline Musicæ artis imbuerẽt. Fuit
autem id antiquis in moren: diuq;
permansit. Cũ uero eis Thimotheus
milesius super eas quas reperierat ãte
nuũ addidit nerium. ac multiplicioẽ
Musicam fecit: exegere de Laconica
consultumq; de eo factum est. qd qdẽ
insigne est: spartiatarum lingua. c. lit
teram in p uertentium: ipsum de eo cõ
sultum ijsdem uerbis graecis apposui.

Thimoth

quoniam Timotheus mile sius uenienS
ΕΠΕΙΔΗ ΤΙΜΟΘΕΟΣ ΟΜΙΛΗΣΙΟΣ ΠΑΡΑΓΙΝΕΟΜΕΝΟΣ
in nostram ciuitatem antiquam
ΕΝΤΑΝΑ ΜΕΤΕΡΑΝΤΟΛΙΝ ΤΑΜΠΑΛΑΙΑΝ ~~ΕΠΤΑ~~
pro spernens autẗ cum
~~ΧΟΡΔΑΝ~~ ΜΟΑΝ ΜΙΑΝ. ΑΤΙΜΑΣΑΗ ΚΑΙΤΑΝ
propter septem chordarum citharam subuertit
~~ΕΠΤ~~ ΔΙΑΤΑΝ ΕΠΤΑ ΧΟΡΔΑΝ ΚΙΘΑΡΙΖΙΝ ΑΠΟΣΤΡΕ
modulationẗ multisonantem introducens emollinit
ΦΟΜΕΝΟΣ ΠΟΛΥΦΟΝΙΑΝ ΕΙΣΑΓΩΝ. ΛΙΜΑΙΝΕ
auditus interim per multas
ΤΑΑΙ ΤΑΡΑΧΟΑΣ. ΤΩΝΝΕΩΝ ΔΙΑ ΤΕΤΑΡΤΟΛΙ
chordas etenim nouam modulationem
ΧΟΡΔΙΑΣ. ΚΑΙΤΑΣ ΚΕΝΟΤΑΤΟΣ. ΤΩΜΕΛΕΟΣ
genuit et uariam pro simplex et
ΑΓΕΝΝΕ ΚΑΙ ΠΟΙΚΙΛΑΝΑΝΤΙΑ ΠΛΟΑΣ. ΚΑΙ.
ordinata inuenient pro in
ΤΕΤΑΓΜΕΝΑΣ. ΑΜΦΙΕΝΝΙΤΑΙ ΤΑΝΜΟΑΝ ΕΠΙ
omatum unus efficiens qd est mollius
ΧΡΩΜΑΤΟΣ ΕΙΝΕΙΣ. ΤΑΜΕΝΟΣ. ΤΑΝΤΟΜΕΛΙΟΣ.
dimisionem pro enarmonio faciens
ΔΙΑΣΚΕΙΝ. ΑΝΤΙΤΑΣ. ΕΝΑΡΜΟΝΙΟΥ. ΠΟΙΤΑΝ.
conuersionem mutuam vocatus
ΑΝΤΙΣΤΡΟΦΟΝ. ΑΜΟΙΒΑΝ ΠΑΡΑΚΛΕΟΕΙΣ.
ad et in agonem clausine ma
ΔΕ ΚΑΙ ΕΝ ΤΟΝΑΤΟΝΑΤΑΣ. ΕΛΕΥΣΙΝΙΑΣ. ΔΑ
tris turpitudinem diuulgauit fabula
ΜΑΤΡΟΣ. ΑΠΡΕΠΗΔΙΕΣ. ΚΕΙΣΑΤΟΤΑΝΤΟ. ΜΥΤΟ.
dispersione enim semele partus non
ΔΙΑΣΚΕΙΑΝ. ΤΑΝΤΑΣ. ΣΕΜΕΛΑΣ. ΟΑΙΝΑΣ. ΟΥΚ.
undecies nonus vocabula edouit
ΕΝΔΕΚΑΤΩΣ. ΝΕΟΣ ΔΙΑΛΑΚΤΕ. ΔΕΔΟΥΤΑΙΦΑ.
talibus regis et
ΠΕΡΙ ΤΟΙΤΟΙΝ ΤΥ ΤΩΡΒΑΣΙΛΕΑΣ. ΚΑΙ ΤΟΡΕ
pedores acusabant timotheum addidit
ΦΟΡΟΣ. ΜΕΜΨΑΤΤΑΙ. ΤΙΜΟΘΕΟΝ. ΕΠΤΑΝΑΤ
autem et undecimam chordam extra
ΚΑΖΑΙ. ΔΕΚΑΙΤΑΝ. ΕΝΑΕΚΑ. ΧΟΡΔΑΝ. ΕΚΤΑ

dens sin
ΜΟΝ. ΤΑΡ. ~~ΤΑΡΕΠΤΑ. ΩΠΟΡΕ ΚΑΕΤΟΝ~~ ΤΟ
per sinas relicta
~~ΤΑΡΠΟΛΙΟΝ~~ ΤΑΡΠΕΡΙΤΤΑΣ. ΥΠΟΛΥΝΟΜΕΝΟ.
septem cordarum citharam hoc ut singularis ciuis
ΤΑΡΕΠΤΑ. ΩΠΟΡΕ ΚΑΕΤΟΝ. ΤΟΤΑΡΠΟΛΙΟΝ.
spartanus videns eximit in spartam
ΒΑΡΟΣ. ΩΡΟΝ. ΕΥΛΑΒΕΤΑΙ. ΕΙΣ, ΤΑΝΣΙΠΑΡΤΑΝ.
inducere aliquid monumentum extentarum l' ultimas
ΕΠΙΦΕΡΕΙΝ. ΤΙΤΩΝ. ΜΗΚΑΛΟΝ. ΝΕΤΟΝ.
ne forte perturbaretur gloria certaminum
ΜΗΠΟΤΕ. ΤΑΡΑΡΕΤΑΙ. ΚΛΕΟΣ. ΑΓΩΝΩΝ.

Quod consultum id scilicet continet Ire
to Timotheo milesio spartiatas succensuisse,
quod multiplicem Musicam reddens:
puerorũ animis quos acceperat eruditẗ
dos officeret: & a uenerandis uirtutis mo
destia prepediret. Et quod armoniã quã
modestam susceperat. in genus chroma
tium quod est mollius inuertisset. Tãta
igitur fuit apud eos Musicæ diligentia:
ut eam animos quoq; obtinere arbitra
rẽtur. Vulgatum quippe est quã sepe
iracundias cantilena repressere: quam
multa uero in corporum: uel animorũ af
fectionibus mirandã perfecerit. Cui est
aliud ignotum quod Pythagoras ebriũ
adolescentem tauromenitanum sub
phrigij modi sono mutatum: spondeo
sucinente reddiderit mitiorem & sui
compotem. Nam cum scortum trimalis
domo esset clausum: atq; ille furens
domũ uellet ambureẽ: eiq; Pythagoras
stellarum cursus ut erimos nocturnus
erat inspiceret: ubi intellexit sono phri
gij modi mutatum: multis amicorum
monitionibus a facinore noluisse desis
tere: mutari modum precepit. atq; ita
furentis animum adolescentis ad stati
mentis pacatissime temperauit. Quod
scilicet M. Tullius cõmemorat in eo libro
quem de consilijs conposuit. aliter quidẗ
sed hoc modo. ¶ Sed ut aliqua similitudine
inducus maximis minima conferam.
ut cum innolenti adolescentes tibiarũ
gram cantu (ut fit) instincti: mulierus
iudice fores frangerent. admonuisse

tibicinam ut spondeum caneret Py-
thagoras dicitur. Quod cum illa fecisset:
tarditate modorum: & gravitate cantus:
illorum furentem petulantiam sedasse.
Sed ut similia breviter exempla sequar.

Terpand
Arion
Ismenias

Terpander atq; Arion methimneus
Lesbos atq; Iones gravissimis morbis
cantus erpicere presidio. Ismenias vero
Thebanus. boetorum plurib; quos ischia-
dici dolores tormenta vexabant: modis
feritur cunctas abstersisse molestias.

Empedocles

Sed & Empedocles cuiusdam hospitem
quidam furibundus gladio invaderet:
quodcunq; ille patrem accusatione dam-
nasset: inflexisse modum dicitur cane-
di: itaq; adolescentis iracundiam repasse.
In tantum vero prisce philosophie stu-
diis ius Musice artis innotuit: ut Py-
thagorici cum diurnas in somno resol-
vebant curas: quibusdam cantilenis
uterentur: ut eis lenis & quietus sopor
irreperet. Itaq; experrecti: aliis quibusdam
modis stuporem somni profusionemq; pur-
gabant. Id nimirum scientes: quod tota
nostre anime corporisq; opago: Musica
coaptatione coniuncta sit. Nam vt sese
corporis affectus habet: ita etiam pulsus
cordis motus modis mutantur. Quod

Democritus
Hyppocrates

scilicet Democritus Hyppocrati medico
tradidisse feritur. cum eum quasi insanu
cunctis Democriti civibus id opinantib;
in custodia causa medendi iuserent.
Sed quorsum ista? Quia non potest
dubitari quin nostre anime et corpo-
ris status: eisdem quodamodo proportionib;
videatur esse compositus. Inde e cum
quidam infantes quoq; cantilena dulcis
oblectat. aliquid vero asperum atq; in-
mite ab audiendi voluptate suspedit.

Nimirum id etiam omnis patitur etas:
omnisq; sexus. Que licet suis actib? distri-
buta sint: una tamen Musice delecta-
tione coniuncta sunt. Quid enim fit cum
fletibus luctus ipsos modulantur
dolentes? quod maxime muliebre est.
ut cum cantico quodam dulcior fiat ca-
deflendi. Id vero & fuit antiquis in
morem ut cantus tibie luctib; pireet

Mos atq? Stat.

Testis est Papinius statius hoc versu
Cornu grave mugit adunco. tibia cui
teneros luctum producat manes. Et
qui suaviter canere non potest: sibi tn
aliquid canit. non qd' cum aliqua vo-
luptate id quod canit efficiat. sed quod
quandam mistam dulcedinem ex alio
proferentes quoquomodo pferant deler-
tantur. Num illud etiam manifestum est
in bellum pugnantium animos tubarum
carmine accendi? Quodsi verisimile est
ab omni pacato statu quenq; ad furore
atq; iracundiam posse proferri: no est
dubium qd' conturbate mentis iracundia
vel immani cupiditatem modestior mod?
possit astringere. Quid quod cum aliqs
cantilenam libentius auribus atq; animo
capit: ad illud etiam non sponte invitat?
ut motum quoq; aliquem simile audite
cantilene corpus effingat? Et qd omno
aliquod melos auditum sibi memor ani-
mus ipse decerpat? Vt ex his omnibus
perspicue nec dubitanter apparet: ita
nobis Musicam naturaliter esse iuncta.
vt ea ne si velimus quidem carere pos-
simus. Quo circa intendenda nis mentis
est: ut id quod natura est insitum: sua
quoq; possit comphensum tenere. Sicut
enim in usu quoq; non sufficit crudius
colores. formasq; conspicere: nisi etia quis
sit horum proprietas investigaverint. sic no
sufficit cantilenis Musicis delectari: nisi
etiam quali inter se coniuncte sint vocum
proportione discatur.

De tribus gnib' Musice'. Capl' secdm

Primo igitur de Musica disserendum illud interim dicendum videtur: quot Musice genera ab eius studiosis comprehensa esse noueriimus. Sunt autem tria & prima quidem mundana est secunda uero humana: tertia que i qb' dam constituta est instrumentis: ut in cithara: uel tibijs: ceterisq; que cantilene famulantur. Et primum ea que e mundana in his maxime perspicienda est que in ipso celo: uel compage elementorum: uel temporum varietate insuntur. Qui n fieri potest: ut tam uelox celi machina tanto silentiq; cursu moueatur? Et si ad nras aures sonus ille non peruenit quod multis de causis fieri necesse e. non poterit tamen motus tam uelocissimus ita magnoz corpoz millos oino sono ciere. cum presertim sint tanta stellarum cursus coaptatione coniuncti: ut nihil eque compagnatum: nihil ita omixtum possit intelligi. Namq; alij excelsiores: alij inferiores feruntur. atq; ita omnes equali meitatione uoluuntur: ut per dispares inequalitates ratus cursuum ordo ducat. Vnde non potest ab hac celesti xoti gine ratus ordo modulationis absistere. Iam uero quatuoz elementoz uarietates contrariasq; potencias nisi quedam armonia coniungeret. qui fieri posset ut in vnum corpus ac machinam conuenirent? Sed hec oia diuisitas: ita & temporum uarietate parit & fructuum: ut tamen vni corpus anni efficiat. Vnde si quid horum que tanta uarietatem ~~uerbis~~ rebus ministrant uo & cogitatione decerpas: cuncta perirent. nec (vt ita dicam) quicqm consomi fuerit. Et sicut in grauibus cordis ita uocis est modus: ut n ad tantam intatem grauitas usq; descendat. atq; in acutis ille custodie acuminis modus: ne neru nimium tensi: uoris tenuitate rumpantur. sed totum sibi sit consentaneum atq; connexum. ita etam in mundi Musica perinde nihil esse ita minum: ut alterum propria inimicitate dissol uat. Verum quicquid illud est: aut suos af fert fructus: aut alijs auxiliatur ut afferat. Nam quod constringit hyems: uer laxat: torret estas: maturat autumnus. Temporaq; uicissim uel ipsa suos afferunt fructus: uel alijs ut afferant suministrant. De quibz posterius studiosius disputandum est. Humanam uero Musicam quisq; i sese ipsum descendit: intelligit. Quid e enim quod illam incorpoream ronis uiuacitate corpori misceat: nisi quedam coaptatio et uelut grauium lenium noam qsi una sonantiam efficiens temperatio? Quid est aliud qd ipsius int se partes mirae coniungat? Que vt Aristoteli placet ex ronabili irronabiliq; conuncta e? Quid uero qd corporis elementa permisceat: aut partes sibimet rata coaptatione continet? sed de hac quoq; posterius dicam. Tertia e Musica que in quibusda sistere dicitur instrumentis. hec uero aministratur aut intensione: aut neruis: aut spu: aut tibijs: uel his que ad aqua mouet? aut percussione quada ut in his que in concaua quadam etra feruntur: atque inde diuersi efficiuntur soni. De hac uo instrumentorum Musica primo hoc opere disputandum videtur. Sed phemij satis est nuc de ipsis Musice elemet e disserend'.

De uocibus ac de Musice elementis

Consonantia que omne C. iii.

Musice modulationem regit: pter

quendam pulsum: percussionemq; nō reddit.
Pulsus uero atq; percussio nullo modo esse
potest: nisi precesserit motus. Si enim ōcta
sint immobilia: non poterit alterum uiz
alteri concurrere: ut alterum ipellatur
ab altero. sed cunctis stantibus: motuq;
carentibus: nullum fieri necesse ē sonū.
Iccirco definitur sonus percussio aeris
indissoluta usq; ad auditum. ¶ Motuū
uero alij sunt uelotiores: alij tardiores.
Eorūq; motuū alij rariores sunt: alij spis-
siores. Nam si quis in continuū motum
respiciat: ibi aut uelocitatem: aut tardita
tem necesse est comprehendat. Sin uō
quis moueat manum: aut frequenti
cam motu monebit: aut raro. Et si tar
dior quidem fuerit: aut rarior motus:
graues necesse est sonos effici ipsa tar
ditate & raritate pellendi. Si intuero
sint motus celeres ac spissi: acutos nece
est reddi sonos. Iccirco enim idē ner
uus si intendatur: amplius acutū sonat:
si remittatur: graue. Quanto enī tēsior
est: uelocioremq; pulsum reddit: celeriq;
reuertitur: & frequentius ac spissius
aerem ferit. Qui uero laxior est: solutos
ac tardos pulsus effert: rarosq; ipsa ī
bcillitate ferendi: nec diutius tremit.
Neq; enim quotiens corda pellit: vnū
edi tantū putandus est sonus: aut vnā
in his esse percussionem: sed totiens aeri
feritur quotiens enim corda tremēbūda
percusserit. Sed qm̄ iūcte sunt velocita
tes sonorū: nulla intercapedo sentitur
auribus. Et unus sonus auditum pellit
uel grauis uel acutus: quāuis vterq; ex
pluribus constet. grauis quidem ex tardio
ribus et rarioribus: acutus uero ex ce
lerioribus et spissis. Velut si comū quē
turbonem vocant quis diligenter extorquet
eiq; unam uirgulam colore rubri uel
alterius ducat: & eum qua potest celerita
te comitat: tunc totus conus rubro colo
re uidetur esse infectus: non quo totus
ita sit: sed quod partes puncti rubre ꝓ
uelocitatis oprehendat & apparere non
sinat. Sed de his posterius. Igitur cum
acute uoces spissioribus & uelocioribus
motibus mouentur: graues uero tardio
ribus ac raris liquet additione quadā
motuū ex grauitate acumen intendi:
detractione uero motuū laxari ex acu
mine grauitatem. Ex pluribus enim
motibus: acumen quam grauitas stat.
In quibus autem pluralitas motuū diffe
rentiam fiat: ea necesse est in quadam
numerositate consistere. Quibus uero pau
citas ad pluralitatem sese habet ut minus
ad numerū comparatus. Eorū uero q̄
secundū numū referuntur: partim sibi sūt
equalia: partim inequalia. Quocirca soni
quoq; partim sunt equales: partim uero
sunt inequalitate distantes. Sed in his
uocibus que nulla inequalitate discordāt
nulla omnino consonantia est. Et enim
Consonantia est dissimilium inter se Cōsonij
uocum in vnum redacta concordia.

De speciebus inequalitatis. Ca. iiij.

Que uero sunt inequalia: quinq;
inter se modis inequalitatis mo
menta custodiunt. Aut enim alterum
ab altero multiplicitate transcenditur: aut
singulis partibus: aut pluribus: aut mul
tiplicitate & parte: aut multiplicitate et
partibus. Et primū quidem inequalitas
genus multiplex appellatur. Est uero mul
tiplex: vbi maior minus minorem habet in
se totū uel bis uel ter uel quater: ac-

demceps nihilq; deest: nihil exuperat.
Appellaturq; l' duplum l' triplum l' q̄drupl
plum. atq; adhunc ordinem in infinita
progreditur. ¶ Secdm uero inequalitatis
genus est quod appellatur superparticulare
Id est cum maior nūs minorem hēt in se
totum: & unam eius aliquā partē. eāq;
uel dimidiam ut tres. duorū. & vocat
sesqltera ꝓportio. uel tertiam. ut quatuor
ad tres. et uocatur sesquitertia atq; ad
hunc modum etiam in posterioribꝫ nūs
pars aliqua a maioribꝫ super minores nu
merus continetur. ¶ Tertiū uero genus
inequalitatis est. quotiens maior nume
rus totum intra se minorē cōtinet & eiꝰ
aliq̄ntas insuper partes. Et si duas qdē
supra continet. uocabitur ꝓportio supbip
tiens ut sunt v ad iii. Si uero tres super
continet uocabit̄ supertripartiens vt sūt
vii ad iiii. Et in cēteris quidem eadem
similitudo esse potest. ¶ Quartū uero ine
qualitatis genus est. qd' ex multiplici &
superpticulari coniungitur. cum scilicet
maior nūs habet in se minorē numerū
uel bis uel ter uel quotienslibet: atq; eiꝰ
unam aliquam partē. Et si cum bis hēt
& eius dimidiam partem: uocabit̄ dup
sesqlt̄. ut sunt v ad ii. Sin uero bis mīor
continebitur: & eius tertia pars uocabit̄
duplex sesquitertius ut sunt vii ad iii.
Sin uero tertio continebitur & eiꝰ bidra
pars uocabitur triplex sesqlt̄. ut sūt vii
ad ii. Atq; ad eundē modum in cēteris
et multiplicitatis & superpticularitatis
vocabula uariantur. ¶ Quintū ē genus
inequalitatis quod appellatur multiplex
superpartiens. qn̄ maior nūs minorem
mīm habet in se totum plus q̄m semel &
eius plus q̄m vnā aliquam partem. Et si
maior nūs bis minorem ōtinebit: dualq;
eius insuper partes: uocabitur duplex
superbipartiens ut sunt iii ad viii. Et
rursus triplex superbipartiens ut sūt iii
ad xi. Ac de his iccirco nunc strictim
ac breuiter explicamus. q̄m in libris de
Arithmetica institutione conscripsimus:
diligentius enodauimus. tur. C. V.

Que inequalitatis spēs ōsonancijs aptē

Ex his igitur inequalitatis q̄nibus
postrema duo q̄m ex superioribꝫ
mixta sunt relinquant̄ de tribꝫ uero si
prioribꝫ speculatio est facienda. Optinere
igitur maiorem ad consonancias ꝑtē
uidetur multiplex. consequenter autem
superparticularis. Superpartiens uō ab
armonie continencia separatur. vt q̄bdā
preter ptolemeū uidetur.

Cur multiplicitas et superparticulaitas consonancijs deputentur. C. VI.

Ea namq; probant̄ comparōni cō
sentanea que sunt natā simpli
cia. Et q̄m q̄ntitas & acumen in q̄ntit̄te
consistunt: ea maxime uidebunt̄ finaue
naturam concinencie. que discrete q̄ti
tatis ꝓprietatē poterunt custodire. Nā
cum sit alia quidem discreta quantitas:
alia uero continua. ea que discreta est.
in minimo quidem discreta est. sed i infi
nitum per maiora procedit. Nāq; in ea
minima unitas: eademq; finita est. In
infinitum uero modus pluralitatis auget
ut nūs qui cum a finita incipiat unitate.
crescendi non habet finem. Rursus que
continua: tota quidem finita est. sed per
finita minuitur. Linea enim que ōtinua
est: in infinita semper particione minuit̄
Cum sit eius sūma l' pedalis. l' quecūq;
alia definita mensura. Quocirca minerꝰ
semper in infinita concrescit. cōtinua uō
quantitas in infinita minuitur. Multi

pliciatas igitur qm̃ crescendi finem non hꝫ:
mm̃ maxime seruat naturam. Super p
ticularitas autem qm̃ in infinitũ minu
rem minuit: proprietatem seruat cõti
nue quantitatis. Minuit autem minorem
cum semper eum continet & eius uel
dimidiam partem uel tertiam l' qrtã
uel quintam. Nam semper pars a ma
iore mio denoiãta ipsa dea esset. Nã
cum tertia a tribus denoiãta sit: qrta
uero a quatuor: cum qtuor tres superet:
qrta potius qm̃ tertia minutior iueniꝫ
Superpriens uero iam quodãmodo a si
pliciate discedit. Duas enim uel tres
uel qtuor habet insuper partes & a si
pliciate discedens exuberat ad qndã
partiũ plãitatem. Rursus multiplici
tas omnis in integritate se continet.
Nam duplum bis habet totum minorẽ
triplum itẽ tertio continet totũ minorẽ
atq; ad eundem modum cetera. Sup
particularitas uero nihil integrũ fuat
sed uel dimidio superat: uel tertia. Vl
quarta uel quinta. Sed tm̃ disionem
singlis ac simplicibus partibz opatur.
Superpriens aut inequalitas: nec fuat
integrum: nec singulas adimit partes
Atq; ideo secũdm Pythagoricos minime
Musicis consonantiis adhibetur. Ptole
meus tm̃ etiam hanc ꝓportionẽ inter
sonantias ponit. vt postꝫ ostendã.

Que proportiones quibus sonãtijs
Musicis adaptentur Cap̃. vii.

Illud tamen esse cognitum debet: quod
omnes Musice consonantie aut ĩ du
plici: aut in triplici: aut in quadrupla
aut in sesqltera: aut in sesquitertia pro
portione consistunt. Et uocabꝫ quid
que in minus sesquitertia est diatesse
ron in sonis. Que in minus sesquitertia
sesqltera: diapenthe in uocibus appellatur.
Que uero in proportionibz: dupla est: diapa
son in consonantijs. Tripla uero diapẽthe
ac diapason. Quadrupla autẽ bis diapa
son. Et hanc quidẽ omnũ saliter atq; in
discrete dictum sit: posterius uero omnis
ratio proportionũ lucebit.

Quid sit sonus: quid intervallũ: quid
consonantia. Capm̃ viii.

Sonus igitur est uocis casus eminc
les id est aptus melo in vnam
intensionem. Sonum uero non gnãlẽ
nũc volumus definire: sed eum qui gre
ce dicitur ptongos dictus a similitudine logꝫdi
id est φθογγος. Intervallum uero ẽ
soni distantia acuti/gramisq;. Consonã
tia est acuti soni gramisq; mixtura. Sua
uiter uniformiterq; auribus accidens.
Dissonantia uero ẽ duorꝫ sonorꝫ sibimet
permixtorũ ad aurem ueniens aspera
atq; mutanda permissio. Nam duo sibi
met misceri uolunt & quodãmodo integ
ri uterq; utitur peruenire: cuiq; alt' alti
officit ad sensũ insuauiter tm̃ sinitur.

Non omne iudicium dandum esse sẽsi
bus: sed amplius rationi esse credendũ
in quo de sensuum fallacia. C. ix

Sed de his ita proponimus: ut non
omne iudicũ sensimus demg.
quanqm̃ a sensu auriũ huiusce artis su
matur omne principiũ. Nam si multus es
set auditus: nulla omo disputatio de vo
cibus extitisset. Sed principiũ quodãmo
et quasi ãmonitionis uice tenet auditꝫ.
Postrema uero perfectio: admitionisq; nis:
in ratione consistit. Que certis regulis
sese tenens: minquã vllo errore plabitur.
Nam quid dicitur, est de errore sensuũ
dicendum. quando nec omnibz eadẽ sẽti
endi uis: nec eidem homini semp ęqualis

frustra autem uario iudicio quisqm qd
veraciter affectet inquirere. Ercirco Py
thagorici medio quodã fruuntur itinere.
Nam nec omne iudiciũ dedunt auribꝫ.
& quedã tamen ab eis non nisi auribꝫ
exploranturꝫ. Ipsas etenim consonantias
aure metiuntur. Quibꝫ uero distantiis it
se consonantie differunt: id iam nõ au
ribus: quarum sunt obtusa iudicia: sed
regulis rationiqꝫ permittunt. Vt qsi obe
diens qdam famulusqꝫ sit sensus: iudex
vero atqꝫ imperans rõ. Nam licet omniũ
pene artuũ atqꝫ ipsius uite momenta: se
suum occasione producta sint: milliũ tamẽ
in his iudicij certum nulla uerti ẽ ophẽsio.
si arbitriũ ivis abscedat. Ipse enim sensus
eque maximis minimisqꝫ confunditur.
Nam neqꝫ minima sentire propter ipsorũ
sensibiliũ paruitatẽ potest & maioribꝫ
sepe confunditur. Vt in vocibus que si
minime sint: difficilius captat auditus:
si sint maxime ipsius sonitus intensioẽ
sin desit. Quemadmodũ Pythagoras
proportiones consonantiarꝫ inuestigauerit

Hec igitur maxime causa. Ex
fine cui relicto auriũ iudicio. Py
thagoras ad momenta regularũ migra
uerit. Qui mihis humanis auribꝫ credes
que partim natura partim & extrinsecꝫ
accidentibus pmutatur. partim ipsis va
riantur etatibus. mihis etiam deditus
mstrumentis. penes quę sepe multa varie
tas atqꝫ inconstantia nasceretur. diu nũc
quidem si neruos uelis aspicere: uel aer
humidior pulsus obtinderet: uel siccior
exintaret. vel magnitudo corde grauiorem
redderet sonũ: uel acumen subtilior tenuare
vel quodãmodo statum prioris constantie
pmutaret. Et cum idẽ esset in ceteris istru
mentis omnia hec inconsulta minimeqꝫ
estimans fidei. diuqꝫ estuans inquirebat
quanã iõe firmiter et constanter consonã
tiarũ momenta perdiscere. Cum itẽ
diuino quodã nutu preteriens fabrorũ
officinas: pulsos malleos audit ex di
uersis sonis unam quodãmodo concinẽ
tiam personare. Ita igitur ad id quod
diu inquirebat attonitus accessit ad op
Diuqꝫ considerans. arbitratus est diuer
sitatem sonorum ferientiũ uires efficere.
Atqꝫ vt id apertius colligeret mutare it
se malleos imperauit. Sed sonorꝫ ꝓpietas
non in hom̃ lacertis herebat. sed muta
tos malleos comitabatur. Vbi id igit
aduertit: malleorum pondus exãinat.
Et cum quinqꝫ essent forte malleo dupli
reperti sint pondere: qui sibi secundum
diapason consonantiam respondebãt.
Eundem enã qui duplus esset alio: sesq
terciũ alterius oprehendit. Ad quem
scilicet diatesseron sonabat. Ad alium
uero quendã qui eidem diapenthe cõso
nantia iungebatur. eundem suptoris
duplum reperit esse sesqltertiũ. Duo uõ
hi ad quos superior duplex sesqtertius
& sesqlter esse probatus est ad se invicem
sesqoctauã ꝓportionẽ perpensi sunt custo
dire. Quintus vero est reiectus. qui cũcti
is erat inconsonans. Cũ igitur ãte Py
thagoram consonantie Musice partim
diapason partim diapenthe: partim dia
tesseron. que est consonantia minima
uocarentur. primus Pythagoras hoc mõ
reperit quia ꝓportione sibimet hec so
norũ concordia iungeretur. Et ut sic cla
rius qd dictum est. sint uerbi gratia mal
leorũ quatuor pondera que subtscriptis
mãis ostendantur. xii. viii. viii. vi. Hi
ergo mallei qui xii & vi ponderibus

vergebant. Diapason in duplo continentia personabant. Malleus uero .xii. pondera ad malleum .viii. et malleus .viii. pondera ad malleum .vi. pondera. secundum Epitritam proportionem Diatessaron consonantia iungebatur .viii. uero pondera ad .vi. et .xii. ad .ix. Diapente consonantiam permiscebant .viii. uero ad .viii. in sesquioctauam proportione insonabant. Tonum

viii

Quibus modis uarie a Pythagora proportiones consonantiarum perpense sint Capitulum .xi.

Hinc igitur domum ueneris: uaria examinatione perpendit an in his proportionibus uoces symphoniarum tota consisterent. Nunc quidem equa pondera neruis aptans. earumque sonantias auribus diiudicans. nunc uero in longitudine calamorum duplicitatem: mediietatemque restituens: ceterasque proportiones aptans. integerrimam fidem diuersa experientia capiebat. Sepe enam pro mensurarum modo quatuor equorum pondera acetabulis immittens: sepe ipsa quoque acetabula diuersis formata ponderibus: uirga l'ferea ferreaue percutiens nihil sese diuersium inuenisse letatus e. Hic etiam ductus longitudinem crassitudinemque cordarum vt examinaret: aggressus est. Itaque inuenit regulam de qua posterius loquimur: quae ex re uocabulum sumpsit. Non quo regula sit lignea per quam magnitudines ceratim sonumque metimur: sed quo regula quedam sit huiusmodi inspectio fixa firmaque ut nullum inquirente dubio fallat iudicio. De diuisione uocum: eaque explanatione Capitulum .xii.

Sed de his hactenus. nunc uocum differentias colligamus. Dis uox aut cynexhe est. que continua. aut Diacrthmatike. que diuisa intervallo suspensa. Et continua quidem est. qua loquentes uel prosam oratione legentes verba ponimus. festinat enim uox tunc non herere in acutis uel gravibus sonis: sed quam uelocissime uerba percurrere: expedientibusque sensibus: exprimendisque suis operibus continue uocis impetus operatur. Diacrthmatike autem est ea quam canendo suspendimus. In qua non potius suis operibus sed uocibus inserimus. Estque uox ipsa tardior: & per modulandas varietates quoddam faciens intervallum: non tacentitatis: sed suspense ac tarde potius cantilene. His ut Albinus aestimat: additur tertia differentia: que medias uocis possit includere. cum scilicet heroum poemata legimus: neque continuo ut prosam: neque suspenso ut cantionum modo uocis ut canticum.

Quod infinitatem uocum natura humana finiuerit. Capitulum .xiii.

Sed que continua vox est. & ea rursus qua decernimus cantilenam naturaliter quidem infinite est. Considerationem enim accepta: nullus modus uel euoluendis sonorum sit: uel acuminibus attollendis: gravitatibusque laxandis. Sed utrique natura humana fecit proprium finem. Continue enim vox spiritus humanus terminum fecit ultra quem nulla ratione valet excedere. Tantum enim quisque loquitur continue: quantum natalis spes sinat. Rursus Diacrthmatike uoci natura hominis terminum fecit: que acutam eorum uocem graueque determinat. Tantum enim unusque l'acumen valet attollere l' deprimere gravitatem: quantum vocis eius natalis patitur modus.

Qui modus sit audiendi. Cap. xiiii.

Nunc quis modus audiendi sit disseramus. Tale enim quiddam fieri consuetum in vortibus quale ci paludibus uel quietis aquis iactum eminus mergitur saxum. Prius enim in paruissimum orbem undam colligit. Deinde maioribus orbibus undarum globos spargit. Atque consequendum fatigatus motus ab eliminandis fluctibus conquiescat. Deinque posterior & maior undula pulsu debiliore diffunditur. Quod si quid sit quod aduentes undas possit offendere: statim motus ille reuertitur, & qui ad centrum unde profectus fuerat eisdem modulis rotundatur. Ita igitur cum aer pulsus fecerit sonum: pellit alium primum et quodammodo rotundum fluctum aeris ciet. Itaque diffunditur & omnem circumstantium fit auditum. Atque illi e obsaniori uox: qui longius steterit: quin ad eum debilior pulsi aeris undaperuenit. Cxv.

De ordine theorematum id e speculationum

His igitur ita propositis, dicendum videtur quot quibus omis cantilena texatur. De quibus armonice inuentionis disciplina considerat. Sunt autem hec Diatonum (l. dia tonum) Chroma (l. chrematum) Armonia (l. armoniam). De quibus ita demum explicandum est si prius de tetracordis disseramus, et quemadmodum auctus neruorum numerus quo nunc pluralitatis est usque peruenerit. Id autem fiet si prius memoremus quibus proportionibus Musice symphonie misceantur. Ca. xvi.

De consonancijs et tono et semitonio.

Diapason symphonia est. q fit in duplo: ut est hoc. Diapenthe uero e que constat his minis. Diatesseron uero est



Tonus uero hac sesquioctaua obtinetur: sed in hoc nondum est consonancia. Diapason uero et Diapenthe tripla oportet collocatur hoc modo. Bis diapason quadrupla collatione perficitur. Diatesseron ac Diapenthe unam perficiunt diapason hoc modo

Nam si uox uoce duplo sit acuta l' grauis diapason consonancia fiet. Si uox uoce sesqualtera proportione l' sesquitertia uel sesquioctaua acutior grauiorque diapenthe l' diatesseron uel tonum consonancia reddet. Item si diapason ut ii et iiii et diapenthe ut vi et iiii coniungantur. tripla que est diapenthe et diapason efficient symphoniam. Quod si bisdiapason fiat ut ii ad iiii et iiii ad viii. quadrupla fiet consonancia que est bisdiapason. Quod si sesqualtera & sesquitertia id e diapenthe & diatesseron ut ii ad iii et iii ad iiii coniungantur: dupla id est

diapason minimum nascitur consonancia.
Quatuor enim ad tria sesquitertiam ob
tinent proportionem. Tria vero ad binarium
sesquialtera collatione iungunt. Et idem
quaternarius ad binarium appositus. du
pla ei comparatione copulatur. Sed ses
quitertia diatesseron. sesqualtera ppor.
diapenthe consonanciam creat. Dupla
vero diapason efficit symphoniam. Dia
tesseron ac diapenthe imam diapa
son concinenciam iungunt. Rursus to
mus in equa diuidi non potest. Cur at
posterius liquebit. Nunc hoc tantum nosse
sufficiat quod minquam tomus in gemina
equa diuiditur. Atque vt id facillime com
probetur sit sesquioctaua pportio. viii et
viiii. horum nullus naturaliter medius
nus medet. Hos igitur binario multi
plicemus. fiuntque bis viii. xvi. bis viiii.
xviii. Inter xvi autem et xviii. inq nus
naturaliter medit qui est septem. xvii.
qui disponantur in ordine. xvi. xvii.
xviii. Igitur xvi. ac xviii. collati sesq
octauam retinent pportionem. atque iccco
tomum. Sed hanc pportionem. xvii. nus
medius non in equalia partitur. Com pa
tus enim ad xvi. habet eum in se totum
xvi. & eius sextamdecimam partem scilicet
unitatem. Sin vero ad eum qui est xvii.
tertius id est. xviii. nus compararetur
habet eum totum & eius septimadecimam
partem. Non igitur hisdem partibus & mi
norem superat: & a maiore superatur.
Et est minor pars septimadecima: ma
ior sextadecima. Sed vtraque semitonia
minuantur. non quod omno semitonia
ex equo sint media: sed quod semum dici
solet quod ad integritatem vsque non
perueniunt. Sed inter hec aliud manus
semitonium minuatur: aliud minus

In quibus minimis numeris semitonium constet. Capm xvij.

Quod uero sit integrum seitonium
aut quibus primis nis constet: nunc
euidentius explicabo. Id enim quod
de diuisione tom dictum est: non ad
hoc pertinet ut semitoniorum modos
voluerimus ostendere: sed ad id potius
quod tomum in gemina equa diuidi
non posse disiungi. Diatesseron q est
consonancia: uocum quidem est quatuor
interuallorum trium. Constat autem ex
duobus tonis & non integro seitono.
Sit enim subiecta descriptio CXCII.
CCXVI. CCXLIII. CCLVI. Si igitur cxcii
nus ad cclvi comparetur: sesqtertia ppor.
fiet ac diatesseron concinentiam resonabit.
Sed si ccxvi. ad. cxcii comparem: sesq
octaua proportio est. Est enim eorum differ
rencia. xxiiii. que est octaua pars de
cxcii. Est igitur tonus. Rursus ccxliii. si
ccxvi. comparetur: erit altera sesqocta
pportio. Nam eorum drna. xxvii. ps. ccxvi.
probatur octaua. Restat ipsa ratio. cclvi.
ad ccxliii. quorum drna est. xiii. qui octies
facti medietatem. ccxliii. non uidentur
implere. Non igitur semitonium: sed min
a semitonio. Tunc enim integrum esse
semitonium iure putaretur: si eorum
drna que est. xiii. facta octies medietate
ccxliii. minorum potuisset equare. Est ita
uerum semitonium minus ccxliii. ad
cclvi. comparatio

C. xviii.

Diatesseron a diapenthe tono distare

Rursus diapenthe consonancia uocum

quidem est v. mterualloru quatuor trium
tonorum ac semitonij minoris. Ponat enim
mus cxcii et eius sesqlter sumatur quij
ad eum diapenthe faciat consonantiam. Sit
igitur mus cclxxxviii. Igitur hoc et supe
rius deprehensorum cxcii ponantur m
medio mus hi ccxvi ccxliii cclvi.; cxcii ccxvi
cclxxxviii. In superiori igitur descriptione ccxliii cclvi
cxcii et cclvi duos tonos et semitonium
continere monstrati sunt. Restat igitur a cclvi
cclvi ad cclxxxviii que est sesquioctaua
id est tonus. Eorum differentia est xxxii
que est octaua pars cclvi. Itaque monstra
est diapenthe consonantia ex tribus tonis
semitoniique consistere. Sed diates
seron consonantia a cxcii mus usque ad
cclvi ueneratur nunc uero diapenthe ab
eisdem cxcii mus usque ad cclxxxviii
distenditur. Superatur igitur diatesseron
consonantia a diapenthe ea portione que
est inter cclvi et cclxxxviii mus obti
netur. At hic est tonus. Diatesseron igitur
symphonia a diapenthe tono transcedit.

Diapason quinque tonis & duobus semitonijs iungi. C.xix.

Diapason consonantia constat ex quinque
tonis & duobus semitonijs qui tamen
unum non implent tonum. Quum enim mo
stratum est diapason ex diatesseron et
diapenthe consistere. Diatesseron uero probatum
est ex duobus tonis semitoniique consistere
diapenthe ex tribus tonis ac semitonio
simul iuncta efficiunt quinque tonos. sed
quoniam duo illa semitonia non erant ite
rare medietatis. eorum coniunctio ad ple
num usque non peruenit sed medietatem
quidem superat. ab integritate uero deli
quitur. Estque diapason secundum hanc rationem
ex quinque tonis & duobus semitonijs. que
sicut ad integrum tonum non aspirant.
ita ultra integrum semitonium procedunt.
Sed quenam ratio est uel quemadmodum
ipse consonantiae Musicae arcuant. postea
liquidius explanabitur. Interea pristinam
presenti disputationi sub mediocri intelli
gentia credulitas adhibenda est. Tunc uero
summa omnis fides sumenda est cum ea
iniuriqdiq demonstratione claruerit. His
igitur ita dispositis paulisper de neruis
citharae ac de eorum noibus quo quo modo
sint additi disseramus. quaeque eorum causa
sit nomen. His enim primitus ad noticiam
uenientibus facile erit scientia que se
quuntur amplecti.

De additione chordarumque noibus. C.xx

Simplice fuisse principio Musicam
Nicomachus refert adeo ut quat
tuor neruis tota constaret. Idque usque
ad Orpheum duraui ut primus quidem
neruus et quartus diapason consona
nam irsonarent medii uero ad se inuicem
atque ad extremos tonum diatesseron ac
diapenthe mi uno in eis esset inconsonum
ad imitationem scilicet Musicae mundanae
que ex quatuor constat elementis. cui
quadrichordi Mercurius dum inuentor. Quin
tam uero chordam post chorebus alyis
filius adiunxit. qui fuit Lydorum Rex.
Hyagnis uno phrix. sextum his apposuit
neruum. Sed septimus neruus a Terpa
dro Lesbio adiunctus est secundum septem
planetarum similitudinem. Inque his ~~omnibus~~
que grauissima quidem erat uocata est
hypate quasi maior atque honorabilior.
Vnde Iouem etiam hypaton uocant. Consi
lem quoque minaipant eodem noie propter
excellentiam dignitatis. Eaque Saturno

est attributa propter tarditatem motus & gramitatem soni. Parhypate uero secundam quasi iuxta hypaten posita et collocata. Licanos tertia iccirco quia licanos dicitur digitus quem nos indicem uocamus. Graecus alingendo licanon appellat. Et quia in canendo ad eam chordam quae erat tertia ab hypata index digitus qui est lycanos inuenebatur. iccirco ipsa quoque lycanos appellata est. Quarta dicitur mese quia inter. vij. semper est media. Quinta est paramese quasi iuxta mesam collocata. Septima autem dicitur nete quasi neate idest inferior. Inter quam neten & paramesen est sexta quae uocatur paranete quasi iuxta neten locata. Paramese uero quia tertia est a nete eodem quoque nomine triten. id est tertia uinciipatur. Vt sit descriptio hec.



His octauam Samius Licaon adiunxit atque inter paramesen quae etiam Trite dicitur et parameten nerium medium coaptauit. vt ipse tertius esset a nete. Et paramese quidem vocata est sola. quae post mediam collocabatur. Trites vero nomen perdidit postea quia inter eam atque parameten tertia a nete locatus est nerius qui digne Trites nomen exaperet. ut sit octocordum secundum licaonis addicionem hoc modo.



In superioribus igitur duabus dispositionibus eptachordi & octachordi. Eptachordum quidem dicitur sinemenon quod est coniunctum. octachordum uero diezeugmenon quod est disiunctum. In eptachordo enim est unum tetrachordum. hypate. parhypate. licanos. mese. Aliud uero mese. paramese. parnete. nete. dum mesen tetracordum secundo numeramus. atque ideo duo tetrachorda per mesen uniguntur. In octachordo uero. quia octo sunt chordae. superiores quatuor idest hypate. parhypate. lycanos. mese. unum tetrachordum explent. Ab hoc uero disiunctum atque integrum incohat a paramese. progrediturque per triten et paraneten. et finitur ad neten. Et est disiunctio quae uocatur diezeuxis. tonus quae est distancia meses & paramesis. Hic igitur mese tum quidem obtinuit nomen. Non est enim media positione quia in octachordo duae quidem semper medias reperiuntur. sed una media non potest inuenii.

Prophastus autem periotes ad graiorum partem unum addidit nerium. ut faceret totum enneachordum. Quae quia super hypaten est: hyperhypate est nuncupata. Quae prius quidem dum viii. chordarum tantum esset cithara hyperhypate

Vocabatur. Nunc aut lycanos hypaton
dr. alijs superadditis. In quo ordine atq;
instructione qui ad modicum digitu uenit
lycanos appellata est. Sed hoc posterius ap
parebit. Nuc uo ordo sese emeachordi sic



Eratosthenes uero colophonius decima
m grauiorem parte coaptauit
chordam. Timotheus uero milesius
undecimam. Que quin super hypaten atq;
super parhypaten sint addite: hypate q
dem hypaton uocate sunt: quasi maxie
magnarum atq; grauissime grauiu aut
excellentes excellentiu. Sed uocata est
prima inter undecim hypate hypaton
Secda uero parhypate hypaton. quoniam
iuxta hypaten hypaton collocata e. Ter
cia que dudum in emeachordo hyp hy
paton uocabatur: lycanos hypaton est
mincupata. Quarta uo hypate atq; iu
tenuit nomen. Quinta parhypate. Sex
lycanos antiquiu saluz hns uocabulum.
Septima: mese. Octaua paramese. Nona
trite. Decima paramete. Vndecima Nete.
Est igu unu tetrachordu hypate hypaton.
Parhypate hypaton. lycanos hypaton.
hypate. Aliud uero hypate. parhypate.
lycanos. mese. Et hec quide quita sunt
Tertium uero est paramese. trite. para
nete. nete. Sed qm mese superiu tet
chordum quod est hypate hypaton. par
hypate hypaton. licanos hypaton. hypate.
et mese infiniu quod est paramese. trite.
paramete. nete. sit positione medniu tet
chordum quod est hypate. parhypate
licanos. mese. totum hoc medniu tetra
chordum meson vocatum est qsi me
diatum. uocatiq; cum additamēto h
hypate meson. parhypate meson. licanos
meson. mese. Qm uo inter h meson te
trachordum et infrius quod est netay
disiuncto est. meses sel et parameses. ipse
ius ome tetrachordu disiunctay e id
diezeugmenon uocatum est cu addita
mento sel hoc paramese diezeugmenon.
trite
ceite diezeugmen. paramete diezeug
menon. nete diezeugmen. ut sit descp.



Est igitur hec inter paramesen ac me
sen disiuncto. atq; io diezeugmen tetra
chordu h uocatu est. Quod si paramese
auferatur et sit mese. trite. paramete.
nete. tunc coniuncta id est sinemena
erunt trita tetrachorda. Vocabiturq;
ultimu tetrachordum sinemmenon
hoc modo.



Sed qm in hac uel superiore endecachordi dispositione mese que propter mediam collationem ita uocata est nete proxima accedit. & longe ab hypatis ultimis distat. nec ppriū retinet locū. aliud unū tetrachordum adunctum est super nete diezeugmenon. Que quoniam supuadebant acumine netas superius collocatas omne illud tetrachordum hyperboleon uocatū est hoc modo



Sed qm rursus mese non erat loco media sed magis hypatis accidebat iocirco superhipatas hypaton addita est ima chorda que dr proslambanomenos. ab aliquibus ante prosmelodos dr tono integro distans ab ea que est hypate hypaton. Et ipsa quidem que est proslambanomenos a mese octana est resonans cum ea diapason symphoniam. Eadēq; prosmelodos ad licanos hypaton resonat diatessaron ad quartam scilicet. Que licanos hypaton ad mesen resonat diapente symphoniam que est ab ea quinta. Rursus mese a paramese distat tono que eadem mese ad neten diezeugmenon quintam. facit diapente consonantiam. ad neten hyperboleos diapason. Que nete diezeugmen ad neten hyperboleon quartam facit diatessaron consonantiam. Et proslambanomenos ad neten hyperboleon reddit bisdiapason consonantiam. ut in figura sequenti


Proslambanomenos
hypate hypato
Phypate hypat
Iichaos hypat
hypate meson
Parhypate meso
Iichanos meso
Mese
Paramese
Trite diezeugm
Parnete diezeu
Nete diezeug
Trite hypboleon
Paranete hypboleo
Nete hypboleo
Tonus
emitonium
Diatessaron
Diapente
Diapason
Bi
Diapason
Diapente
Diatessaron

De generibus cantilenę Capt. xxi.

His igitur expeditis dicendum ē de generibus melorum sunt aūt tria Diatonum Chroma enarmonium. Et diatonum quidē aliquanto durius & naturalius chroma uero iam ꝗsi ab illa nāli intentione discedens & in mollius decidens. Enarmonium uero optime atq; apte connectitur. Cum sint igitur quinq; tetrachorda hypaton meson synemenon Diezeugmenon Hiperboleon in his oībus secundum diatonum cantilenę procedit uox per semitonium tonum & tonum in uno tetrachordo. rursus in alio per semitonium tonum ac tonum. Ac deinceps. Ideoq; uocatur diatonum quasi quod per tonum ac tonum progrediat. Chroma qd' dicit color quasi iam ab huiusmodi intentione prima mutatio cantatur ꝑ semitonium & semitonium & tria semitonia. Tota enim diatessaron consonantia: duorum est tonorum ac semitonium sed non pleni. Tractum est autem hoc uocabulum ut diceret chroma a superficiebus: quę cum ꝑmutantur: in alium transeunt colorem. Enarmonium uero quod est magis coaptatum est. Quod cantatur: in oībz tetrachord' per diesin et diesin et ditonum. Diesis autē est semitonij dimidium. ut sit triū generum descriptio per oīa tetrachorda discurrens hoc modo. vt iudeu ipsio lic&

De ordine chordarum. nominibz que in tribus generibus. Capt. xxij

Nunc igit ordo chordarum disponendus est omnium. quę per ta genera uariantur. l'in constanti ordine disponuntur. Prima est igitur proslabanomenos. quę eadem dicitur ꝗsmelos. secda hypate hypaton. tercia parhypate hypaton. Qrta uniuersaliter quidē licanos appellatur. sed si in diatonico gne aptetur dr licanos hypaton diatonus. si uō in chromate dr diatonos chromatice. l' licanos hypaton chromatice. Si autem in enarmonio. dr lycanos hypaton enarmonios. l' diatonos hypaton enarmonios. Post hanc uocatur hypate meson. dehinc parhypate meson. atq; hinc licanos meson. simplē quidē i diatonico gne diatonos meson. in chromate licanos meson chromatice. l' diatonos meson chromatice. In enarmonio uero diatonos meson enarmonios. l' licanos meson enarmonios. Has sequit mese. Post hanc sunt duo tetrachorda partim



smēmenon partim diezeugmen. Et smē
menon est qd' post mesen ponitur id ē
trite smēmenō. Dehinc licanos smēmen
que & parānete smēmenon
eadem in diatono diatonos smēmen in
chromate uero l' diatonos smēmen chro
matice l' licanos smēmen chromatice.
In enarmonio uero l' diatonos smēmen
enarmonios. l' licanos smēmen enar
monios. Post has nete smēmen. Si uō
mese' nuo tūsit smēmen tetrachordū
adūctum. sz sit diezeugmen ē post mesen
paramese. dehinc trite diezeugmen.
que in diatono diatonos diezeugmen.
in chromate tū diatonos diezeugmen.
chromate tū licanos diezeugmen chro
matice. In enarmonio uero tū diatonos
diezeugmen enarmonios. tū licanos
diezeugmen enarmon. Eadē uō di
& parānete cum additione l' diatonj
l' chromatis l' enarmonie. Super has
nete diezeugmen trite hyboleon. Et
que est parānete hyperboleon. eadē in
diatono diatonos hyperboleon. in chro
mate uero chromatice hypboleon. i enar
monio uero enarmonios hypboleon.
Harū ultima ea est que est nete hypbo
leon. Et sit descriptio huiusmodi ut trū
generū contineat disponem. In quibz
et similitudinē noim et differencia per
notabis ut si nerui similes in omnibus
cum eis qui sunt dissimiles colligātur
fiant sil' oēs octo. et viginti. hoc autem
monstrat subiecta descriptio.

Que sint inter uoces in singulis ge neribus proportiones. Ca. xxiiii.

Hoc igitur modo per singula tetra
chorda in generū propetates fēa
partitio est. vt oīa quidem diatonica quīq
quinq tetrachorda. duobz tonis ac semi
tonio ptiremur dicitz in hoc gnē tong

diatonum	chromaticum	enarmonicum
Proslambanomenos	Proslambanomenos	Proslambanomenos
hypate hypaton	hypate hypaton	hypate hypaton
Parhypate hypaton	Parhypatehypaton	Parhypate hypaton
licanos hypaton diat'	licanos hypaton cromat'	licanos hypaton enarm
hypate meson	hypate meson	hypate meson
Parhypate meson	Parhypate meson	Parhypate meson
licanos meson diat'	licanos meson cromat'	licanos meson enarm
Mese	Mese	Mese
Trite sinēmenon	Trite sinēmenon	Trite sinēmenon
Parānete sinēmen diat'	Parānete sinēmen crom	Parānete sinēmen enarm
Nete sinēmenon	Nete sinēmen	Nete sinēmenon
Paramese	Paramese	Paramese
Trite diezeugmen	Trite diezeugmen	Trite diezeugmen
Parānete diezeugm diat'	Parānete diezeugm crom	Parānete diezeugm enarm
Nete diezeugmen	Nete diezeugmen	Nete diezeugmen
Trite hyperboleon	Trite hyperboleon	Trite hyperboleon
Parānete hypb diat'	Parānete hypb crom	Parānete hypb enarmon
Nete hyperboleon	Nete hyperboleon	Nete hyperboleon

incompositus idcirco qm̃ integr̃ ponitur
nec aliquod ei intervallum aliud adiugit²
sed in singulis intervallis integri insiu
tori. In chromate vero semitonio ac
semitonio incompositoq; triemitonio
posita divisio est. Idcirco at incōpositū
hoc triemitonium appellamus. qm̃ i uno
collocatum est intervallo. Potest enim
appellari triemitonium in diatono qnē
semitonium ac tonus sed non ē iuxtapositū.
Duobus enim idperficitur intervallis. Et in
enarmonio qnē idem est. Constat enī
ex diesi & diesi & ditono incomposito
qd sed set propter eandē causam iuxtapositū
nuncupamus. qm̃ in uno collocatum ē
intervallo.

Quid sit Sinaphe Capl. xxiiij.

Sed his ita dispositis constitutisque
tetrachordis. sinaphe est quā cō
iunctionem dicit latina significatiōe pos
sumus quotiens duo tetrachorda uniu
medietas tinim continuat atq; iungit
ut in hoc tetrachordo.

Hic igitur est unum tetrachordū hypate
parhypate. licanos. hypatemeson. aliud
vero hypatemeson. parhypatemeson. lica
nos meson. mese. In vtrisq; igit̃ tetrachord'
hypatemeson annumerata est superio
risq; tetrachordi ea est acutissima poste
rioris q; gravissima. Estq; ista coniunctio
una eademq; chorda. hypatemeson:
duo tetrachorda coniungens ut eadem
hypaton ac meson tetrachorda in superiori
descriptione iunxit. Est igit² sinaphe q̃
& sinēmene que cōiunctio dr̃ duoy tetra
chordorū uoy media superioris quidē acu
tissima. posterioris vero gravissima

Quid sit diezeuxis Capl. xxv.

Diezeuxis vero appellatur que
disiunctio dici potest quotiens
duo tetracorda tom medietate separantur
vt in his duobus tetracordis.

Duo igitur esse tetrachorda evidenter
apparet. quandoquidē octo sunt chordē.
Sed diezeuxis ē id ē disiūctio inter mesen
ac paramesen. que inter se pleno differunt
tono. De quibus evidentius explicabit²
cum omniquodq; studiosius explanādū
posterior tractatus assumpserit. Sed dili
gentius intuenti. qnq; non aplius te
trachorda reperiuntur hypaton. meson.
sinēmenon. diezeugmen. Hiperboleon

Quibus modis Albinus nervos appel
laverit Capm. xxvi.

Albinus am̃ earū noīa latina ordē
ita instituit vt hypatas principales
vocaret. mesas medias. sinēmenas con
iunctas. diezeugmenas disiūctas. hyp
boleas excellentes. Sed nobis in alieno

opere non erit immorandum

Qui nerui quibus sydereis oparet. Ca. XXVII.

Illud tamen interim de supio
rubus tetrachordis addendum videtur
quod ab hypate meson usque ad neten qui
quoddam ordinis distinctionisque celestis
exemplar est. Namque hypate meson Saturno
est attributa. Parhypate uero lunari cir
culo osimilis est. Lucanos meson mar
tri tradidere. Sol meson obtinuit. Mitten
smenon: uenus habet. Parameten sme
menon: mercurius regit. Nete autem
lunaris circuli tenet exemplum. Sed. M.
Tullius contrarium ordinem facit. Nam in
sexto libro de republica sic ait. Et natura fert
ut extrema: et altera parte grauia: ex
altera autem acute sonent. Quam ob causam
summus ille celli stellifer cursus cuius gyrus
est concitatior acuto et excitato moueturque
sono: gravissimo autem hic lunaris atque
infimus. Nam terra nona immobilis ma
nens: una sede semper heret. Hic igitur
Tullius terram quasi silentium ponit sed
immobilem. post hanc qui proximus a si
lentio est dat lune gravissimum sonum. ut
sit luna proslambanomenos. mercurius
hypate hypaton. uenus parhypate hypa
ton. Sol licanos hypaton. mars hypate
meson. Iupiter parhypate meson. Satur
nus lichanos meson. celum ultimum
mese. Que uero sint harum immobiles
que uero in totum mobiles. que autem inter
immobiles mobilesque consistant. cum de mo
nochordi regularis diuisione tractauero
erit locus aptior explicandi

Que sit natura consonantiarum CXXVIII.

Consonantia ut licet auribus quoque
sensus diiudicet: tamen ratione perpendit
Quotiens enim duo nerui uno gyro or
intendunturque siliquis pulsi reddunt permixtum
quodammodo & suauem sonum. dueque voces
in unum quasi commixte coalescunt. tunc fit
ea que dicitur consonantia. Cum uero simul
pulsi sibi quisque ire cupit. nec permiscere
ad aurem suauem atque unum ex duobus
compositum sonum: tunc est quod dicitur dis
sonantia. Vbi consonantie reperiantur

CXIX.

In his autem comparibus gyratis
atque acuminis has consonantias necesse
est inuenire. que sibi omensurate sint.
id est que notam possint habere cocem
mensuram. ut in multiplicibus duplum
quod est illa pars metitur quemque duos ter
minos diuina ut inter. II. et. IIII. binarius
uterque utrosque metitur inter II. atque VI.
qui tripla est binarius utrosque metitur
